

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

CCXVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

CCXVII.

LUTOLDUS BASILIENSIS PRÆPOSITUS, GENTIS
ROETELANÆ POSTREMUS DONATIONE INTER VIVOS,
CORAM OFFICIALI CURIÆ BASILIENSIS, HENRICO
HACHBERGENSI TRADIT, RESERVATO SIBI AD
VITAM LIBERO EORUM BONORUM USU
ET FRUCTU.

A N N O M C C C X V.


Ex tabulario Bada - Durlacensi.

Nos Officialis curie Basiliensis notum facimus presencium inspecto-
ribus seu auditoribus uniuersis, quod sub anno domini M.CCC.
quinto decimo, feria quinta proxima ante festum beati Thome apostoli
honorabilis vir dominus Lutholdus de Roetenleyn, quondam Prepositus
Ecclesie Basileensis, coram nobis in forma juris personaliter constitutus,
licet aliquantulum debilis corpore, mente tamen sanus, pure & irreu-
uocabiliter, donatione simplici inter viuos dedit, donauit & tradidit
Heinrico domicello, *Margrario de Haperg*, *Lantgrauio Brisgougie* pre-
fenti & recipienti, vniuersas municiones, castra, villas, domos & ca-
salia, seruos & ancillas, Item omnia bona sua ac possessiones & iura,
sue consistant in agris, vineis, pratis, pascuis, nemoribus, siluis,
montibus, saltibus & rupibus moncium, vallibus, ortis, pomeriis, vi-

nariis, piscariis, aquis, aqueductibus, siue in redditibus, censibus, hominibus, iurisdictionibus ac aliis iuribus & obuencionibus quibuscunque, quocunque nomine censeantur, spectantes seu spectancia ad ipsum dominum Lutholdum donatorem, ratione *dominii de Rætenlein*, aut emptionum per eundem factarum, vel alio quocunque titulo, siue jure, retento tamen & expresse reseruato ipsi donatori pro tempore vite sue duntaxat, eorundem castrorum, municionum & aliorum bonorum predictorum libero vsufructu, Est predictus Dominus Lutholdus saluo huiusmodi vsufructu predictas municiones, castra, villas & alia omnia bona prenominata & proprietatem & dominium eorundem vel quasi, ac omne jus, quod ipsi donatori in eisdem hæctenus competebat, ad manus prefati Margrauii donatarii libere & absolute resignans & in ipsum donatarium transferens pleno iure, promisit idem dominus Lutholdus donator per fidem sollempni interposita stipulatione prestitam, predictam donationem prout facta est, ratam habere perpetuo atque firmam, nec contra eam verbo vel facto, nec ullo ingenio publice vel occulte, per se aut interpositam seu interpositas personas facere vel venire volentibus aliqualiter consentire, renuncians ipse donator ex certa scientia de hiis certificatus per nos exceptioni doli mali, Ingratitudinis, quod metus, compulsionis aut circumuencionis causa, literis impetratis & impetrandis, ac omni iuri & iuris auxilio, canonici, ciuilis, consuetudinarii & municipalis, scripti & non scripti, vniuersisque exceptionibus & defensionibus, tam iuris quam facti & specialiter iuri dicenti, generalem renunciacionem non valere, Quibus dicta donacio, in toto aut in parte cassari possit, aut quomodolibet in irritum reuocari, In cuius rei

memoriam & testimonium omnium premifforum Nos officialis predictus
figillum curie Basiliensis huic appendi fecimus instrumento, Datum
Basilee anno domini & die predictis.

||
(L. S.)



CCXVIII.

EGENONIS COMITIS FRIBURGENSIS INSTRUMEN-
TUM, QUO FILIO SUO CONRADO DYNASTIAM FRIBUR-
GENSEM ET RELIQUA BONA SUA
CONCEDIT.

ANNO MCCCXVI.

Ex tabulario Bada-Durlacensi.

Wir Graue *Egen* Herre ze Friburg tunt kunt allen den die disen
brief asehent oder horent lesen Das wir durch fride vnd
durch ruwe vnfers Herzen vnd durch vnferre sele heilef willen tiberein
sint komen lieplich vnd gutlich willeclich vnd vnbetwungenlich mit
Cunraten vnferine svne Also das wir dem vorgebantem *Cunrate* vnserm
svne hant gegeben die herschaft ze Friburg Burg vnd stat, dienstman
vnd man, Eigen, erbe, vnd Lehen, Berge vnd wiltbenne vnd kil-
chensetze, vnd was zu der vorgebantem herschaft ze Friburg horet in